

profuturum. Quia vero canonem missæ particulatim A plenior pateat intellectus, totum continue censui exposui, ne quid additum vel subtractum seu trans- subscibendum possum videatur, ut legentibus ipsius expositionis

*Finito libro, sit laus et gloria Christo.*

## INNOCENTII III PAPÆ

### DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA ET FILIO EJUS JESU CHRISTO ENCOMIUM.

Virgo Dei genitrix virga est, flos filius ejus. Præsumo pauca, et pauca loqui de virgine virga, et filio flore. Mira floris summa et inattinibilis virgæ proceritas. Hæc est virga recta, virga erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondosa, florigera, fructifera. Recta per justitiam, erecta per devotionem, procera per longanimitatem, fragilis per abjectionem sui, gracilis per humilitatem, flexibilis per mansuetudinem, frondosa per sanctissimam conversationem, florigera per virginalem conceptionem, per partum vitæ æternæ fructifera. Recta per fidem, erecta per spem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per despectionem mundi, flexibilis per compassionem proximi, frondosa per honorum operum exsecutionem, florigera per gloriam virginitatis, fructifera per prærogativam secunditatis. Miranda secunditatis prærogativa, quod talis talem, taliter genuit. Gracilis virgo ante partum, et virgo post partum. Qualiter, angelo annuntiante, Spiritu sancto operante, virtute Altissimi obumbrante (*Luc. i*). Qualem, Sanctum sanctorum, unicum matris virginis, unigenitum Dei Patris, Deum et Dominum majestatis. O quam bene, quam recte flos dicitur, quæ ex virginali virga producitur, in quo semper sunt quæ miremur! Est

B enim tenuis, tener et levis, lenis et pulcher, flagrans et utilis. Quid enim flore isto tenuius cum astringitur, quid tenerius cum atteritur, quid lenius cum attractat, quid levius cum portatur, quid speciosius cum aspicitur, quid flagrantius cum adoratur, quid utilius cum effectus attenditur (*Psal. LXIV*). Filius virginis et flos tenuis ad indignationem, tener ad miserationem, lenis per mansuetudinem, levis dominatione, pulcher moderatione, flagrans reprobatione, utilis remuneratione. Est ergo tenuis flagellis, tener misericordiis, lenis in donis, levis in præceptis, pulcher exemplis, flagrans promissis, fructuosus in præmiis. Hic flos factus est nobis medicina, in ipso potus et esca, ex eo mel et cera. Medicina in redemptione, potus et esca in justificatione, mel et cera in glorificatione. Ex hac medicina sempiterna sanitas incorruptionis, ex hac medicina esca refectionis internæ salietatis, ex hac medicina potus ebrietatis spiritualis, æternæ secunditatis, de illius cera splendor summæ claritatis, in ejus melle dulcedo perpetuae felicitatis. Flos est nobis Christus in humanitate, fructus in divinitate: flos in terris, fructus in cœlis; flos in redemptione, fructus in glorificatione. Quem ipse nobis largire dignetur. Amen.

## INNOCENTII III PAPÆ

### DE VITA ET PASSIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ORATIONES TRES

EFFICACISSIMÆ :

Qui contrite et devote eas legentibus plurimas contulit remissiones et indulgenias.

#### ORATIO I.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui pro redemptione nostra nasei, et circumcidi voluisti, et a Judæis reprobari, a Juda osculo tradi, capi et ligari, et cum vineulis Annæ, Caiphæ, Herodi, Pilato offerri, et eorum eis illudi, colaphis, alæpis flagellis et arundine cædi, facie velari, et sputo conspici, spinis coronari, a falsis quoque testibus accusari,

D udicari, et ut agnus innoeens tuam crucem ferendo ad victimam duci, clavis perforari, felle et acetœ potari, atque in cruce morte turpissima condemnari, a lancea vulnerari. Tu per has sacratissimas pœnas ab omnibus peccatis et pœnis nos libera, et per sanctam crucem tuam illuc perduc nos miseros peccatores, quo perduxisti tecum crucifixum latronem sero pœnitentem. Qui vivis, etc.